

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

vinorum commemorationem apud nos esse debere frequentissimam, vt ex illa animum perturbatum erigamus: & de futuris etiam liberationibus spem concipiamus in dubiam.

Vide Psal. 42. v. 12. & 43. v. 5. Quare tristis es anima, &c. Vide spem ex prioribus beneficis. Psal. 77. v. 12. Psal. 143. v. 5. & Psal. 71. v. 6. & Psal. 85. v. 2.

Nemo autem est ex omnibus, cui non contigerint talia Dei beneficia, vt fateri debeat cum Jacobo, Gen. 32. v. 10. Minor sum cunctis miserationibus. Et hæc ipsa hoc loco & Psalmo commemorata beneficia omnibus Christianis communia sunt, vt ex Dispositione Thematibus 54. patebit.

II. Discimus etiam, quod licet spiritus promptus, tamen semper caro in illa lucta sit infirmior, vt necesse sit, illam sic erigi & sustentari vario genere consolationum. *Deß sollt sein Christ erschrecken.*

Vide Pauli voces, Rom. 7. v. 18. & 23. Et ipse etiam intus terrores, foris pugnas sensit, 2. Cor. 7. Quid mirum, si nobis idem accidat? Standum autem fide.

III. Qui illic coram Deo volunt ambulare in terra vinorum: hic quoque ambulent coram ipso, in pietate, vt Gen. 17. v. 1. ab Abrahamo requiritur, Luc. 1. v. 6. Zacharias & Elisabeth coram Deo erant pii, & c. Enoch ambulauit cum Deo, Gen. 5. v. 22.

F I N I S

THEMA LXVII,

Psal. 116. v. 15.

Pretiosa mors sanctorum eius; in conspectu Domini.

Dispositionem huius Thematibus vide supra in 1. parte Promptuarii, Classe VII. Numero VI. pag. Promptuar. 552. Illuc remitto lectorem, & hoc loco tantum verba D. Bernharti addo, quibus breuiter explicat verba Psalmi: dicens, Pretiosa mors sanctorum. 1. Quia & finis laborum,

borum, & 2. Victoriæ consummatio, 3. Viræ ianua, 4. & perfectæ securitatis ingressus.

Si cui placet, poterit ex his verbis Bernhardi facile extruere conciunculam, & recensere has 4. causas, ob quas pretiosa dicatur mors sanctorum.

Augustinus super hæc verba tantum sequentia commentatus est: [*Pretiosa est.*] Emit enim eam sanguine suo, quem prior fudit pro salute seruatorum, ne pro Domini nomine ferui fundere dubitarent, quod tamen eorum non Domini vtilitate proficere.

N O T A.

Si cui non placent illa (quæ supra in 1. parte Promptuarii, sunt annotata super hunc Psalmi locum) sicut certe multa interdum nec mihi ipsi satisfacere videntur, quæ prius scripsi, poterit is consulere commentarium Brentii super Psalmos. Tom. 3. vbi fol. 1173. D Theodoric. Schnepfius, istius Plalterii continuator, super hæc verba multa prolixè, eleganter & Rhetorica amplificatione commentatus est.

Quorum summam partim propter eos qui istis libris deficiunt, partim propter hos, quibus prolixitas molesta est, hac referre libuit. Est enim hic Psalmi locus admodum insignis.

*Exordium sit hoc, quod initio explanationis
ponitur ibi.*

Magnum spiritus Domini *in* hoc loco proponit, maxime is, qui non sunt doctrina cælesti eruditi. Id enim pretiosum dicitur, quod magno hominum consensu videtur noxium & exitiale. Qui enim horribilem mortis faciem intuetur, omnia detrimenta se simul videre existimat. Quis hic liuor, pallor, fætor, quæ macies, vt sine horrore non intueamur eos, qui fuerunt formosissimi. Et si hæc in iis videntur, qui placida morte decedunt: quid iudicandum de his, qui magnis tormentis & suppliciis è medio sublati sunt: q̄ Apostolis, Martyribus, &c. accidit.

Quis

Quis go
tuand

Considerat
aus piorum

Et 1. quid

1. Non

esse negat cu

1. Nec

sollem morte

conuictur

1. Nequ

enim non

Consuetu

Hinc se

loco subie

puæ loc

I. Y

Deus a

ros obi

defunc

perieru

memori

II. Sur

34. ref. 2

suu in gr

pari ploc

esse vult.

III. G

ruu sang

trium phal

a. ref. 10.

IV. Ma

Quis ergo mortem dicet pretiosam? At non fallit Spiritus sanctus, nec verborum inani strepitu ludit.

Propositio.

Considerabimus igitur quomodo & quam ob causam mors piorum pretiosa esse dicatur.

Sequitur Tractatio ipsa.

Et I. quidem hæc Textus Paraphrasis sit.

I. Non autem David mortem per se formidabilem esse negat: cum pœna sit peccati, Rom. 6.

2. Nec de morte quorumlibet hominum loquitur, sed de morte piorum. Quia mors peccatorum pessima, cum iacturam faciant vitæ æternæ impij.

3. Neque hic de eo agitur, quid vel mundus iudicet, aut ratio nostra assequatur, sed qualis sit mors piorum, IN CONSPECTU DOMINI.

Huic sententiæ quamvis Spiritus sanctus nullas hoc loco subiecerit rationes, poterunt illæ tamen ex alijs scripturæ locis peti.

2. Rationes subiiciuntur.

I. Licet mors piorum videatur miserabilis, tamen Deus asserit, quod illos tanquam pretiosissimos thesauros obseruet. Dicit enim, se Deum & Dominum esse pœ defunctorum, Math. 2. Deus Abraham. Ergo illi non perierunt coram Deo. Sunt igitur in perpetua apud ipsam memoria. Sæpe recordatur Davidis defuncti.

II. Sunt in tanto pretio, vt ossa illorum custodiat, Psal. 34. vers. 21. & pulcrem illorum non obliuiscatur. Quia sunt in gratia apud Deum propter Christum, qui est caput ipsorum, Coloss. 1. v. 18. quos membra sui corporis esse vult.

III. Gloriosa est mors eorum, qui pro veritate fuderunt sanguinem. Expectant iam diademata & currus triumphales. Coronandi sunt, 2. Timoth. 4. vers. 8. Apoc. 2. vers. 10.

IV. Magnas illis mors commoditates attulit, vt re-

etc

et pretiosissimis περιουσις præferenda sit. 1. Cum mortis portus & profugium ab omnibus malis, 2. quies, 3. somnus, 4. cubile 5. migratio grata ex casibus luteis, Job 4. v. 19. ad domum celestem. 1. Cor. 5. v. 1. Hinc capit dissolui Paulus, Philip. 5. Quia sicut semen resurgemus, 1. Cor. 15. Et ad maiorem gloriam.

V. Non priuat mors consuetudine amicum dulcissima, sed adducit ad cœtum beatorum & Angelorum. Ibi Christum etiam videbimus, 1. Joh. 3. v. 2.

VI. Necturbet pugna illa in mortis agone cum Satana, carne & sanguine. Christus nobis aderit, Rom. 8. v. 31. & 35. consolabitur Spiritus sanctus. Ibid. v. 16. Vide Joan. 10. v. 28.

VII. Restat gloria æterna his qui vitam amiserunt caducam.

Centuplum recipient, Matt. 19. v. 29. Oculus non videt, Esa. 64. 1. Cor. 2.

3. *Vsus huius tractationis in fine addatur.*

Hæc quidem non sic accipit caro & ratio nostra, quia tantum præsentia & quæ ante oculos sunt, intuetur. At desigendi oculi in ea quæ sunt inuisibilia, 2. Cor. 4. v. 18. Ideoque etiam exorandus Dominus, ut aperiat oculos nostros, ut has utilitates mortis videre, & aliquando experiri possimus, &c.

F I N I S.

THEMA LXVIII.

Psal. 119. v. 19.

Hospes sum in terra: ne abscondas à me mandata tua.

DISPOSITIO.

Si quis novus hospes adueniat, quæri solet, quis sit, unde veniat, qua occasione aduenerit, quidve rerum agat, aut quæ aduentus causa, quid petat, & quo tendat, & eiusmodi alia. At in pauculis verbis prælectis ex Psalm.

mo